


Societatis Iesu Augustae.

IOANNIS PLANERII
QVINTIANI BRIXIENSIS
ARTIVM ET MEDICINAE
DOCTORIS

Varia Opuscula:

- { *Epiſtola morales.*
*Patriæ descriptio : in qua de animorum im-
mortalitate.*
Henrici Regis ad Vrbem Venetam aduentus.
De Comete, 1577.
De Lacte. }

C V M P R I V I L E G I O.



VENETIIS,

Apud Franciscum Zilettum. 1584.

ILLVSTRISS. VILLAE CLARAE
 COMITI ALPHONSO
 MARTINENO,
 DOMINO HUMANISSIMO
 IOANNES PLANERIVS.

VM Venetijs essem, delatus fuit ad me liber hic De laudibus Venetis ab hæredibus Ioannis Francisci Quintiani Stoæ, Poetæ, & Oratoris Clarissimi, quem librum iam multis annis antea uideram, & Quintianis uitam descripsoram: libuit etiam tunclibrum hunc ad doctissimos Venetæ ciuitatis Poetas, & Oratores deferre: placuit & ipsis mirum in modum libri lectio: Horum alij copiam dicendi, & uenustatem, alij artificium, & eruditionem mirati, authorem operis summopere laudarunt: orabant etiam me ne tanti uiri labores in tenebris delitescere permitterem. His adhortationibus accensus ego, & rem mihi laude dignam, & eruditissimis illis uiris gratissimam me facturum existimaui, si opusculum hoc impressoribus cudendum traderem. Accessit ad hanc animi mei ad edendum opusculum propensionem singularem, amor patriæ, & uetus inter me & Quintianum amicitia: ingratus sanè in ipsum uideri posseram, nisi aliquas eius uiri uigilias uidentibus, & posteris legendas traderem: idque sola arte impressoria mihi fuerat præstandum. Dum hæc cogitassem: tibi potissimum Alphonse Comes Illustrissime opus hoc dicandum esse uolui: tu enim in adolescentia cum fratre tuo Aenæa Comite sub Quintiani disciplina in re literaria multos annos militasti: rectam & dicendi, & scribendi artem percepisti: facultatem oratoriam, & poeticam imbibisti. Suasit etiam ad impri-

imprimendum summa patris tui olim erga Quintianum
obseruantia: quem æque ac patrem sibi constituit aman-
dum: fouebat enim pater tuus Bartholomæus Comes il-
lustrissimus doctorum hominum ingenia: hi erant, Lucar-
nus frater Franciscanus, Theologus, & concionator ma-
ximus: Lucas Gauricus, Astronomus peritissimus: Nec
silentio inuoluenda est disciplinæ militaris peritia, in qua
ipse sub Illustrissimo Senatu Veneto: sub Carolo Quinto
Cæfare: & alijs Principibus stipendia meruit: multarum
Vrbium gubernator extitit: Accipe igitur Alphonse Co-
mes Illustrissime, & humanissime hanc copiosissimam, &
eruditissimam De laudibus Venetis impressam Quintiani
historiam: quam si tibi placuisse sensero, ad edendum e-
tiam reliqua eius uiri uolumina meipsum excitabis.

Brixiae. 1583.